3 390.

Petreius Aperbachius Ioachimo suo Carissimo S. d.

Verum esse Plautinum illud sentio. Amatoris animam in alieno vivere corpore. Nam ex quo Holomuczam veni non desino crebris suspiriis Viennenses animos repetere: atque millesies animo linquor, quasi lypothymie sim obnoxius. Verum necessitas cuius cursus transvecti impetum voluerunt multi effugere: pauci potuerunt: quo me detrusit cum dum. Dei te mortales cum tota commanipulatione palladia: fortunatos custodiant. In mentem mihi venerunt duo R. Philesii Iambica: que Argentorati olim dedixit: alterum in Seniorem Lupum alterum in Iuniorem Thomam.

Ea vero sunt

L eges solent plerique cum sacerdote
V afri die noctuque versar
atrocinantes phas nephasque sed nomen
P vitamque hoste clarius declarat
V er neque criminare atque plus morda
S

Alterum.

S Tales ne lecti inter quosdam qui I
E Horas locant volvendo codices noct V
N Oratores: ipse divinum est nunc N
E Magos favens: impia prorsus null I
X Aut impie quoque inferentib. pact O
Sint hii tua rectam sequentes ardente R

Pro eo consilio adscripsi, ut quod te latear quod ex sodalitio illo apud Argentoratos literario sciam emersisse. Si Dei iter commutationem meam fortunaverint: complura alia ad te dabo. Que ubi legeris: non minus scio delectabunt: quam ea delectaverunt: que non semel a nobis audivisti. Rogo te mi suaviss. Ioachime: rescribas cum hoc nuntio: qui valeas: quid agas cum musis: quando item Pliniana a Cuspiniano enarratio exordietur. Preterea si rescivero Arbogastem nostrum: secundis ventis Pannoniam profectum: exhilarabor ut qui maxime. Quod cum Vatrachomyomachia nostra actum sit scire cupio, ut nihil ardentius. Cuius ad me duo exemplaria rogo. In mandatis habet: Vetus hic meus contubernalis & municeps isti precium numeret.

Belle valeas mi Iucundissime Vadiane: me & Delitium meum: & perennem redama. Holomucze Raptim Prid. Cal. Sextil. Anno MDX

T. Petreius Aperbachius

Salutabis ab Hieronymo nostro: quo de nihil tibi non queas polliceri.

Joachimo Vadiano inter eli-
matioris literaturae doctores
claſſiario. Amico ſuſpiciendo.